

## PARTIS I TRACTATVS III.

Theodotionē hereticū & iudaicantē legit; & qualiscūq; peccatoris christiani translationē fastidit. Quāso te amice dulcissime q̄ tam curiosus es; vt etiam somnia mea noueris; oīaq; quae per tot annos absq; metu futurae scripti calumniae; in accusationē vocas: vt respōdeas quomō eorū quos accusas praefatōes librorū accusas; quae quodā vaticinio futurae calumniae respōderūt; impletes puerbiū: Prius antidotū q̄ venenū. Quid nocet eccl̄ijs nostra trāllatio; Magnis (vt scio) sumptibus redemisti Aquilae & Symacchi & Theodotionis q̄ntaq; & sextae editionis iudaicos trāllatores. Origenes tuus & ne forte queraris figurata te laude p̄cūsum, Oregenes nosster (nostrū voco ob eruditionē ingenij; non ob dogmatū veritatē) in omnibus libris suis post Septuaginta interpretes iudaicorū translationes explanat & edidit. Eusebius quoq; & Didymus idem faciunt. Praetermīto Apollinarē qui bono quidē aīo; sed non sed'm sciam de oīum translationibus in vnū vestimētū p̄anos alluere conatus est; & cōsequentiā scripturā non ex regula veritatis; sed ex suo iudicio texere. Apostolici viri scripturis vtunt̄ hebraicis; ipsos ap̄los & euangelistas hoc fecisse p̄spicū est. Dñs atq; saluator v̄bicūq; veteris scripturā meminit; de hebraicis voluī minibus ponit exempla; vt est illud: Qui credit in me sicut scriptura dicit; flumina de vētre eius fluent aquae viuae. Et in ipsa cruce; Heli heli lamafabathani; qd̄ interpretat̄: Deus deus meus respice in me; quare me dereliquisti; & multa his similia. Nec hoc dicimus q̄ septuaginta interpretes fugigillemus; sed q̄ ap̄lorū & xp̄i maior sit auctoritas; & v̄bicūq; septuaginta ab hebraeo nō discordant; ibi ap̄los eorū exempla sumpsisse; vbi vero discrepāt; id posuisse in graeco; quod apud hebraeos didicerant. Sicut ergo ego ostendo multa in nouo testamento posita de veteribus libris; quae in Septuaginta non habent; & hac scripta in hebraico doceo; sic accusator ostendat aliqd̄ scriptū esse in nouo testamento de Septuaginta interpretibus; quod i hebraico non habeat; & finita contentio est. Ex q̄bus oībus approbat̄ & Septuaginta interpretū editio ē; quae legitū v̄nitate firmata est; vtilē esse eccl̄ijs; dū ante gentes audiūt xp̄m venturū esse q̄ veniat; & ceteros interpretes cōprobandos; q̄a non sua sed dñtina volumina transtulerūt; & familiarē meū id a christiano & amico debere suscipere; qd̄ magno sumptu sibi a iudaicis describere festinauit. Excessi ep̄lae modū & q̄ cōtra haeresim iā stilū fixerā; p̄ me r̄ndere cōpulsus sum; expectās tria amici volumina; & ad congerit̄ criminū eius tota mēte suspēsus; nisi q̄ leuius est; p̄sellum inimicū cauerē; q̄ hostē latentē sub amici noīe sustinere.

Beati Hieronymi p̄sbyteri ad Ruffinū p̄sbyterū respōsua; in q̄ singula eius maledicta refellit; & eū origenianae haeresis sectatorē maledicūq; detractorē ondit. EPI. XL.

**L**ectis istis prudentiae tuae; q̄bus in me inueheris; & laudatū quodā tuū quē verū collegā loq̄baris; & fr̄em; nūc libris ad r̄ndendū p̄ se puocas; terrefc̄q; criminibus. Intellexi illud Salomonis in te esse completū; In ore stulti baculus contumeliae. Et non recipit fatuus verba prudentiae; nisi ea dixeris; quae versant̄ in corde eius. Et Esaias; Fatuus inquit fatua loquitur & cor eius vana intelligit; vt compleat iniquitates; & loquat̄ contra deum mendacium. Quid enī necesse fuit accusationis volumina mittere; & maledicta proferre in medium? Sic in vltima parte ep̄istolae denunciata morte me deterres; ne audeam respondere criminibus immo laudibus tuis; Eadem quippe & praedicas & accusas; & de vno fonte dulce amarūq; procedit. Vnde obsecro te; vt verecundiā & pudorem quam a me exigis; prior exhibeas; & qui mendacij altez criminaris; definas ipse mentiri. Ego nulli scandalum facio; nec accusator interim tui sum. Nō etenim cōsidero quid tu merearis; sed quid me decēat. & saluatoris eloquium pertimesco dicens; Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis; qui in me credunt; expedit ei vt suspendat̄ mola asinaria in collo eius; & demergatur in profundum maris. Et ve mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala; sed ve homini per quem scandalum venit. Poteram & ego in te falsa congerere; & dicere me vel audisse; vel vidisse quae nullus ignorat; vt apud ignorantes impudētia veritas; & furor constantia putaretur. Sed absit vt imitator tui sim; & quod in te reprehendo; ipse faciam. Ille loquatur spurcitas; qui potest spurca committere. Malus homo de malo cordis thesauro profert ea quae mala sunt. Ex abundantia cordis loquitur. Habeto interim lucrum; quod amicus quondam tuus nunc accusatus turpia tua non vult obijcere; & hoc dico; nō quo accusatiōis tuae gladios p̄mescā; sed quo magis accusari velim; q̄ accusare; & pati iniuriā q̄ facere; sciens praecipit̄ ab ap̄lo; Nō vosmetipsos vlciscētes charissimi; sed date locū irae cū illis. Si sitierit potum da illi. Hoc enim faciens; carbores ignis congeres super caput eius. Qui enī seipsum vindicat; vltionē domini non merebit; & tū anteq̄ respondeat ep̄lae tuae; expostulare tecū libet vt iustissime monachorū; bone p̄sbyter; imitator xp̄i fratrem tuum potes occidere;